

IN NOMINE JESU !



Llustris est *Concio Christi Salvatoris*, Johann. V  
quæ mera complectitur *Oracula*. Montes sapien-  
tiarum ab his dependerent, si quis illa digne sa-  
tis considerare posset. Illud certe, quod *comma-  
te 17.* legitur, tanta verborum brevitate pondera-  
tot sententiarum lectoribus offert, ut quid *primo*,  
*secundo*, vel *tertio* notandum sit ordine, vel loco fit adducendum,  
nullatenus appareat. *Pare meus* inquit *Oratorum Summus*, usq;  
*modo operaur, & Ego operor*: Singula verba singula sunt pondera,  
vel etiam ponderum *Mysteria*. Nobis hac vice *Mysteriorum isto-  
rum abyssum* introspicere non licet, cum neque *ratio temporis*,  
neque *forma scriptionis* hoc admittant. *Breve Programma scribi-  
mus*, & in eo potissimum ad *Curriculum Vitæ Praeclarri Candidati  
Theologiae* respicere debemus: vel igitur nullus, vel satis arctus  
*mysteriis* vel magnis, vel multis exponendis conceditur locus.  
Interim ex hoc ingenti *Mysteriorum mari*, quod longe, lateqve  
diffunditur in brevissimo *Salvatoris Apophthegmate*, saltem gut-  
tulas aliquas haurire, & divitias præsentis *Oraculi Classici* luculen-  
ter aperire placet. Si quis ex eodem *Doctrinam de Natura Dei*  
desideraret, & ipsam *Essentiam Divinam*, & *Attributa Deitatis*, &  
*Opera* pariter *Dei*, declarare posset. *Naturam certe Dei* clare sa-  
tis *Doctor Doctorum* ostendit, dum *Patrem Universitatis*, *Autorem*  
*rerum primum Causam primam*, & *Principium primum* adducit, qvī  
*Pater nāt ēξοχn̄* est, ex quo *Paternitas omnis* in cœlis, & in terra  
nominatur, *Ephes. III, 15.* adeoque verus *Patrum Pater*, *Ens Entium*,  
& *Essentia Essentiæ*. *Attributa certe nullatenus* hic deficiunt.  
Est *unus*, est *primus*, est *summus*, est *optimus*, *Maximus*, *infinitus*, *im-  
mensus*, & *eternus*, *Pater*, qui *semper*, & *ab eterno* fuit *operatus*,  
*semper*, & usq; modo *potenter operatur*, & in *omnem eternitatem*  
*operatus est*. Quid dicam de *sapientia*, de *potentia*, de *boni-  
tate*, seu *benevolentia*; deque *beneficentia*, hujus *Cause Catholica?*  
Integer *Catalogus Attributorum* *divinorum* ex *verborum copia no-  
tari posset*, si modo nostris verbis locus annotationis dari posset.  
Denique tam *dives* est *Operum divinorum*, ut nullum eorum in-  
veniatur, quod in hac *Eγγοσσα Φια Christi* non reperiatur. Nos ex his  
*Dei Naturam*, *Dei Attributa*, *Dei pariter Opera*, perspicuè colligimus,  
sed